

Q. B. V.

Ad

audiendam Orationem solennem

quam

LECTIONIBUS PUBLICIS

præmittet

Et cui

*Magnifici Summorumq; in Illustrem hanc
Rempublicam meritorum*

CONSULIS

DOMINI
DIETERICI

MÖLLERI,

Icti excellentissimi

MEMORIA

pretium faciet

Omnes qui tanti Viri beatos amant manes

Ut pari pietate de hoc nostro

quod Romæ olim de Scipione

Quam carus civitati fuerit mærore & concursu publico

indicetur

observanter invitac

JO. FRIDERICUS MAYER,

Doctor Theologus.

Celebraturus hoc officium in Auditorio Gymnasii Hamburg.

d. 15 Novembr. D. V & M, DC. LXXXVII.

hora Xma.

HAMBURGI, Typis Viduæ GEORGI REBENLINI.



Jesu Fortunante!



Ναχωρεϊτε, & γαρ ἀπέθανε τὸ κοράσιον ἀλλὰ κατέυθη
 Ita Christus tumultuantibus & ad feralem Solemnitatem comparatis, exanime corpus a parentibus sine spe mortalis commercii, cum filia unquam habendi amplius, deploratum & Sepulchro jam inferendum spectantibus ambiguum funus facit, divinitatis suæ conscius Sanctissimus Servator in superioris Dominicæ pericopa Matthæi Cap. IX. Non tamen designando hoc miraculo Christus sine arbitris fuit, quam ipsum miraculum edictum litterisque diviniorebus consignatum iudicibus & quidem ex mortalium numero, non vacat. Quæsitum enim non uno modo est: *Ubi fuerit anima puella illius a Christo suscitata?* Illa autem quæstio, quamvis curiosa magis quam necessaria sit, tamen adversariorum impudentia vanorum acuminum magistra facit, ut identidem sincerioris doctrinæ assertores in definiendis ejusmodi quæstionibus operam ponant, neque permittant ut errori vetustas aut male pertinax auctoritas patrocinetur. Sic fuisse olim constat, qui staterent mortuorum animas dormire in corporibus, & extra, quos Pnychopannychitarum nomine Historia Ecclesiastica taxat; quibus auctoritatem suam non sine terroris ejusdem notâ prout fuerunt quidam Patres, quos quidem ego tam delicate innocentia; haud esse arbitror, ut non liceat eorum lapsus modeste notare. Ex Patribus pro hujus dogmatis probabilitate propugnant Irenæus *de hæresi Lib. 5. c. 32.* Origenes *homil. 7. in Leviticum.* Tertullianus *Lib. 4. adversus Marcionem* & libro *de anima tribus ult. cap.* Lactantius *Divinar. institut. lib. 1. cap. 2.* Auctor libri *Quæst. quæst. 76.* inter opera Justinii Martyris, & in *Dialogo cum Tryphone Judæo p. 223. edit. Paris. 1636.* Victorinus Martyr & Arethas Andreasque Casariensis Episcopi, ubi a multis sanctis idem esse dictum affirmat Arethas ex *Andrea in Apocal. VI.* Hilarius in *Psalmum 138.* Chrysoströmus *homil. 39. in 1 ad Corinth. & homil. 28. ad Hebræos.* Auctor operis imperfecti in Matthæum *homil. 34.* inter opera Chrysoströmii. Ambrosius *de bono mortis c. 10.* Augustinus in *Psalm. 36.* Theodoretus in *XL. ad Hebræos.* Theophyl. atque Oecumenius *ibid.* Titus Bostrënsis & Euthymius in *Luc. XXIII.* Bernhardus *serm. 384. in Fest. OO. SS.* Johannes Papa XXII, præter patres teste Gersono *serm. in Fest. Pasch.* & Alphonso a Castro *lib. 3. adv. hæres. Verbo Beatit. hæresi 6.* Ut adeo constet humani aliquid passos plurimos ecclesiæ Patrum, quorum loca ex instituto indicat doctissimus Jo. Rainoldus *Censuræ Libb. Apocryphorum Tom. 1. prælect. 1. p. m. 13.* ex quorum inspectione oculari patebit *Bellarminum lib. 1. de Sanctorum Beatitud. c. IV. & V.* in excusandis Patrum sententiis inanem operam infumissile. Recoquere hunc errorem (ut semper Diabolus ex Orco hæreticis, regni sui administris, succenturiare solet copias haud degeneres,) non dubitarunt

rarunt Anabaptistæ hodierni Sociniani & Arminiani. Non ita pridem anno
 hujus sæculi septuagesimo novus turbator, cujus nomini parco, eo quod in
 vivis nuper esse delierit, atque adeo illum post mortem statum jam dum experi-
 atur, de quo curiosius, quam par fuit, vivus anquirebat in *seria Disquisitione de
 statu & loco animarum separatarum*, quam solide refutavit B. Bebelius Colle-
 ga longe desideratissimus. Isti ergo omnes patrocinium errori tulisse censendi
 sunt, quando supremum illum gradum beatificæ visionis Dei animabus separa-
 tis ante earum cum corporibus conjunctionem veriti sunt transcribere. Nos
 ita verba Christi de puella Jairi pronunciata interpretamur, ut animam puellæ o-
 mnino extra corpus fuisse contendamus, & quotiescunque in Scriptura Sacra so-
 mnus tribuitur mortuis, illum ad corpus, quod in morte post molestissimas vice-
 vigiliis pristinæ quietis nocturnæ quasi instar suscipit, non vero ad animam nobi-
 lioræ partem; petentem vel cælum vel infernum, quæ tantum loca
 ex vita discedentibus codex sacer præscribit, attingere doceamus. *Mover*
V. v. 8. 9. Ap. VII. v. 9. Mover deinde nos quoque Apostoli desiderium ad Phi-
 lipp. i. v. 23. quod satis aperte docet Paulum, utpote qui post excessum ex hac
 vita cum Christo esse cupit, & se fore scit, non oppressum somno aliquo carnali,
 nisi forte quis statuere velit, esse cum Christo, absolvi dormiendo, aut Christum ad
 dextram Patris dormientem somniet, atque adeo Paulum meliori loco esse stantem,
 torporis gratiam ipsi Christus faciat, quam si muneris Apostolici partibus ultra
 perfungatur. Ejusmodi sane momenti adducimur, ut Patrum & Patristicorum
 sententiam hic abjudicemus. Enimvero illud & forte peccus alicujus peccata,
 quod non nemo ex nostratibus quoque Vir in tantum alias laudandus, *in quantum*
 purioris ecclesiæ defensio intelligi potest, frigidam superioribus *ascendere in*
 & animam in corpore puellæ *non Entelechialiter, sed assistendo sicut animam*
Eutychetis Act. 20. v. 10. contendat. Sed enim conveniamus primum in eo, ut-
 trum pro mortua habeat hanc puellam, nec ne. Certe, si animæ a corpore facta
 non fuit separatio, mortua dici haud poterit; neque enim in sola animæ solutione
 a corpore sed etiam *necessario consequente*, ut Scholæ loquuntur, discessu animæ a
 corpore mors consistit, quod toties Theologi nostri probatum dedere, quod
 illud *ἐστίν εν νεκροίς* Marci XV. v. 38. Lucæ XXIII. v. 46. suis exposuerunt: Non au-
 tem poterit pro mortua non habere, siquidem Christus Johanni vult nunciari
 mortuos se suscitare & vitæ restituere Matth. XI. Quid autem esse arbitremur,
 cur in pluralivo numero hoc Christus loquatur, nisi id tam de filio Nainitico quam
 de puella Jairi adferamus, idque præeunte Scriptura, quæ miraculorum illorum me-
 moriam custodit. Et evincitur nullo negotio miraculum puellæ in vitam revo-
 catae præcessisse restitutionem filii Nainitici. Accedit quod illi vitæ per Christum
 redditi obsides esse debeant futuræ resurrectionis nostræ: quorsum Gerhardi L.
 de Resurr. p. 1052. observatio ex Gregorio Nysseno spectat. Christum pri-
 mo anno resuscitasse filiam Jairi modo defunctam neque dum domo ad Sepulch-
 ram elatam: secundo anno excitavisse filium viduæ in Nain, qui jamdum ad
 sepulchrum efferebatur: tertio anno ex mortuis revocasse Lazarum sepulchro
 jamdum illatum & ante quatrimum mortuum: tandem etiam divina virtute
 proprium corpus ex morte excitavisse, quod est miraculorum omnium maximum
 ac divinissimum ut in fide resurrectionis nos confirmaret. Ex quo efficiunt
 tant

tam vere hos mortem appetiisse, quam nos omnes aliquando discedentibus ex corporibus nostris animabus. Si enim interesset aliquid inter statum post mortem, nullatenus fiduciam nobis gignere possent exempla eorum, qui plane diverso modo defuncti fuissent, & non sine habilitate animæ cum corpore denuo ad pristinum vitæ statum rediendæ. Augustinus Serm. 44. de verbis Domini existimat longe plures mortuos à Domino suscitatos esse; hos verè tres speciatim commemoratos ob doctrinam nostram: tres enim istos mortuos significare tria genera peccatorum, & puellam quidem in domo significare eos, qui peccatum in corde habeant, in factis nondum habent; adolescentem extra portam eos, qui ad factum progrediuntur; Lazarum denique in sepulchro eos, quos mala consuetudinis moles premit. Ex quo iterum quilibet, qui cogitaverit, peccatorem imbue gratia atque in vitam revocare spiritualement, non minus esse, quam verè mortuo vitam reddere; colligere poterit & Jairi puellam pro mortua ab Augustino habitam & protali ab omnibus haberi debere. Si autem quis ex nobis quærat, ubi tandem puellæ animam intra tempus mortis & miraculosa resurrectionis fuisse statuamus, in Paradiso cœlesti dixerimus: & per singularem dispensationem animam ceu felicitatis æternæ spectatricem eo per lapsum quendam ad instar Pauli fuisse admissam: quam sententiam & dissertatione de Bismortuis uberius deduximus. Tam ingeniosa in alterius animæ statu explicando, parùm consulta sui ipsius, neque futuri satis cauta semper mortuum est curiositas. Quis est, qui satis digne præcipiat statim illum & locum, quem anima à corpore divulsa & estatione vitæ dilcedens subitura est? Corpus quidem exanime & exsangve nunquam non quasi clamat, se non tam Minervæ quam Libitinæ, non tam theatro, quam sepulchro debere: enimverò animam, puriorem illam partem hominis, vinculis carnalibus exsolutam sublunarium adhuc satagere & sine instrumento corporis operari, atque mortis postliminio rebus terrestribus vindicari, quis crediderit? nec desuetudine tamen ex gentilibus pariter & Christianum nomen professis, qui pro sententia istiusmodi anniterentur. Gentiles sane persuasissimi fuerunt animas post commutationem vitæ cum morte adhuc per aliquot temporis spatia terras obambulare: unde ipsos legitimus vel manes suos molestos aliis interminatos esse, vel umbras aliorum; sive sua morte live violenta obiissent ad conspectum sui invitate, ut Furia Spes, quæ inane hoc desiderium Conjugis monumento inscripsit Romæ

Animæ Sanctæ colendæ

D. M.

Furia. Spes. L. Sempronio.

Firmo,

Conjugi. carissimo. mibi, ut,

cognovi.

Puer. puella. obligati. amor,

pariter.

B

Cum

Cum quo, vixi. tempori. mi-
nimo. S.

Quo, tempore, vivere, de-
buimus.

A, manu, mala, disparati,
sumus.

Ita, peto, vos, Manes,
sanctissimi,

Commendatum, habeatis,
Meum, Conjugem. S. ve-
litis.

Huic, indulgentissimi, esse.

Horis, Nocturnis,

Ut, eum, videam.

Et, etiam, me, Fato, suadere,

Velit, ut, S. ego, possim.

Dulcius, S. celerius.

Apud, eum, pervenire.

quam inscriptionem fac. Gutherius de iure manuum Lib. II, Cap. XVI p. 273
& M. Zv. Boxhornius in quaestionibus Romanis fusius explicant. L. Coel. Lactant.
E. Lib. II, Div. Instit. cap. 2. p. m. 83. sua quoque aetate vulgo creditum esse discipulo-
rum animas circa tumulos S. corporum suorum reliquias obervari. In vul-
gus quoque notissima est opinio illa, quasi cadavera interfectorum praesente homini-
da sanguinem emittant, quod a quibusdam pro sufficienti signo habetur, quo ho-
micida dignosci & ad supplicium trahi possit, cuius orientationis causam reliquias
animae aliquandiu remanentibus, ad quas se sensus recipiat Thomas Campanella
Lib. 4. de sensu rerum assignat. Cornelius Agrippa vagabunda animae oberran-
tiones anni spatio defixit, Marsili Ficini animarum non comparuisse statim iudicio
Baronius refert. Lib. V. Annal. ad annum Chr. 411. p. m. 341. Sed quod in his
proferatur oratio, patere quae so, lector, ut exemplo Evangelici patris familias, qui
enim, ut ex his quae breviter dicturi sumus, magnam capias animi voluptatem.
Haud namque inexplorata referam, sed quae complurium eruditorum virorum
scimus assertionem firmata, imo S. a religiosi viris ad populum pro concione saepe
narrata. Ego vero a quo accepi, auctorem proferam, nempe integerrimum
dei virum, Michaellem Mercatum Miniatensem S. R. E. Protonotarium,
probitate morum atque doctrina spectatum; ipse enim narravit de avo suo, eodem,
quo ipse nomine nuncupato, Michaele Mercato Seniore, cui cum Marsilio Ficino
nobilissimi ingenii viro summa intercedebat amicitiae consuetudo, pariter S. au-
cta philosophicis facultatibus, in quibus Platonem ambo affectabantur auctorem.
Accidit autem aliquando, ut ex more, quidnam post obitum super sit homini, ex
ejusdem Platonis sententia, sed non sine tamen trepidatione deducere, quae la-
bat

bantia Christiana fidei Sacramentis suffulcienda essent: eo enim argumento ex-
 stat ejusdem Marsilii ad ipsum Michaellem Mercatum erudita quidem epistola
 de animi & Dei immortalitate. Cum vero inter differendum eorum progressa
 longius fuisset disputatio; eam ad calcem perductam illo clausurunt corollario,
 ut juncta simul dextra pacti fuerint, uter eorum ex hac vita prior decederet (se-
 licet) alterum de alterius vita statu redderet certiore. Quibus inter se con-
 ventis, ambo jurati ab invicem discessere. Interlapso autem haud brevi tem-
 poris spatio, evenit, ut, cum summo mane idem Michael Senior in philosophicis
 speculationibus vigilaret: ex inopinato strepitum velociter currentis equi, ejus-
 demq; ad ostium domus cursum sistentis audiret, vocemq; simul Marsilii cla-
 mantis: O Michael, O Michael vera, vera sunt illa. Ad vocem amici Mi-
 chael admiratus, assurgens, fenestramq; aperiens, quem audierat, vidit post
 terga, ad cursum iterum acbo equo candido, candidatum: persecutus est eum
 voce, Marsilium, Marsilium invocans, persecutus & oculis: sed ab eis evanuit.
 Sic ipse novè casus stupore affectus, quid de Marsilio Ficino esset, sollicitus per-
 quirendum curavit (degebat ille Florentia, ubi diem: lausit extremum) invenitq;
 tandem illa ipsa hora defunctum, qui eo modo auditus & visus est sibi. Quam
 quidem commemorationem aut pro commento Papistico reputo, aut pro illusionem
 Diaboli, qui in hoc fidei capite (quidni enim immortalitatem animæ, quam nun-
 quam ratio intra naturalis luminis metam consistens invictè demonstrabit, quip-
 pe quæ ne quidem ad explicandam & concipiendam ejus immaterialitatem sufficit,
 quod contra Pintum in Cap. XIII. Ez echielis, Joh. Cognatum Tract. de anima
 immortalitate, Antonii Sirmondi de immortal. anim. demonstrationem physicam
 & Aristotelicam, adversus Pomponatium & alios nota vimus in Ecloga Dom. I.
 post Trinit. quæ st. 2. inter credenda ponat: homines ab imoto & fallere nescio ad-
 coque proprio fidei fundamento Verbo DEI, in utraq; salutis nostræ tabula con-
 signato abducere conantur, & utinam conarentur, ad fallaces lubricasque Spirituum
 apparitiones, quibus infelix Papæorum grex idololatriæ Sanctorum cultum,
 purgatorium & quos tandem non errores fidei debet. Nos expressæ Spiritus S. lit-
 teræ inhaerentes statuimus animas eorum, qui in Christo obdormiunt, statim ab ex-
 cessu è corpore recipi in caelum, illudq; fieri *ut dicitur* ex Apocal. XIV. v. 13. etiam
 atq; etiam monemus, atq; in monemus, ut Bellarmino, qui Lib. I. de Purgatorio
 Cap. XII. ad judicii extremi diem provocando ad Anselmi Commentarium illud
 trahit, mox non sine diffidentia prioris collectionis, cum Richardo de S. Victore &
 Haymone Viris perfectis & sanctis eximius congruere dicit: quorum inter preta-
 mentorum illud connexionis textus, a quo omnis mentio judicii extremi abest, repu-
 gnat, hoc operum meritum sapit, nulla elabendi rima, relinquitur. Respicit namq;
 particula illa omnino *terminum mortis* & ipsam horam discessus animæ, quæ mor-
 talibus est suprema. Neq; enim fieri potest, quin eorum, qui fidei creatori eam com-
 mendant I. Petri IV. v. 19. animam statim ab excessu DEUS recipiat. Simul ac
 Lazarus obit, anima ejus in sinum Abrahamæ deportatur Luc. XVI. v. 22. Simul at-
 que latroni converso ex crurifragio mors obrepit *vel hodie* i. e. ejusdem diei vespere,
 anima ejus cum Christo in Paradiso una est. Luc. XXIII. v. 4. & eo unice ten-
 debat Pauli desiderium ut à solutione facta statim anima cum Christo esset, quod
 & supra jam monuimus ex Epist. Philipp. I. v. 23.

y

Atque sic cœlo nuper recepta suæque origini reddita postquam his terris po-
 nitus excessit Beatissimi Dñ. Consulis DIETERICI MÖLLERI anima, de
 qua, si affectum eius in nostram Rempublicam ponderemus, vere usurpare pos-
 sumus illud Augustini Lib. de cura pro mortuis cap. 13. *Si rebus viventium in-
 terissent anima mortuorum. Et ipsa nos, quando eas videmus, alloquerentur
 in somnis, ut de aliis taceam, me ipsum piamater nulla nocte desereret, qua ir-
 ra mariq; secuta est, ut mecum viveret. Absit enim ut facta sit vita felicio-
 re crudelis. Sed profecto, quod sacer Psaltes in Psal. 26. personat, verum
 est: quoniam Pater meus, Et mater mea me dereliquerunt, Dominus autem
 assumpsit me. Si ergo dereliquerunt nos Patres nostri, quomodo nostris ve-
 bus Et curis intersunt: Si autem Parentes non intersunt; qui sunt alii mortuo-
 rum, qui noverint, quid agamus, quidve patiamur? Nulli verò dubitamus bea-
 tissimam animam inter cœlites precibus jam Deo commendare Rempublicam
 nostram, quæ tantò pignore se orbatam dolet. Jam vero si recte habent, ut
 habent, apud Romanos *Lex XII. Tabul. HONORATOR. VIROR. LALL-
 DES ENDO CONTIONE MEMORANTOR;* & *Lex Platonis Lib. VIII
 de Leg. p. 888. Si qui civium vivendi finem fecerunt corporis vel animi viribus
 res honestas Et arduas operati, Et qui debitum legibus obsequium præstiterunt
 eos encomiis laudibusve ornare decorum est.* Quid æquius, quam ut Magni-
 fici Consulis Nostri felicitati, reputante Plinio Lib. 2. *Epist. 1. supremus is camu-
 lus contingat, ut vel à Consule Cornelio Tacito laudatore eloquentissimo laude-
 tur. Ego autem minime omnium instructus à facundia in illo instituto, quo laudes
 Viri celebrare constitui, allego sanctum illud nomen pietatis, cuius vel occupan-
 dæ occasio nemini non commoda videri debet. Illa ergo pro me dicturo interce-
 dente, supervacaneum arbitror operose hoc officium concelebrandum indicere:
 comiter tamen atque observantissime omnes & singulos, qui reipublicæ nostræ
 causa cupiunt rectaque in eadem exempla amant, rogatos volo, ut memorie
 Beatissimi Consulis in recitatione nostra audienda saveant, quemcumque
 dignatio tanti Viri affectum cuique imprescit, expromturi**

VALETE,

P. P. DOMINICA XXV. POST TRINIT. F.

ANNO cl. DC LXXXVII.

